



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica**

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Aatholicis ad  
informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

**Coloniae, 1654**

S. Dulas M. S. Febronia V. M. S. Crescentia M. 15. Junij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44916**

S. Dulas M. S. Febronia V. M. S. Cres-  
centia M. 15. Junij.



*Patientia.*

Gratix Deo agenda sunt, qui ex  
nostris calamitatibus nobis bonorum  
facit accessionem. *Franc. Borg.*

Excita Domine corda nostra ad tuo-  
rum imitationem Sanctorum & in-  
tercedente B. Dula (B Febronia: B.  
Crescentia) fidei, spei & carit. in-  
crementa concede pei D N. Jesum.

Ora pro fidelibus defunctis, &

1. S. Dulas Martyr Zephyri in Ci-  
licia sub Maximo præside ob Christi  
nomen virgis cæsus, in craticula posi-  
tus, ferventi oleo incensus, aliaque  
passus martyrij palmam victor acce-  
pit.

2. S. Febronia V. & M. altero ætatis  
suæ anno ad claustrum delata octo &  
decem annis sæculum non vidit, al-  
ternis solum diebus cibum sumpsit,  
durissime cubavit, donec dæmon vir-  
tutem pertæsus infidelium per manus  
eam expugnare aggressus turpiter  
victoriam fæminæ concessit.

3. S. Crescentia S. Viti Martyris nu-  
trix, consors cum eodem & Martyrij  
& gloriæ in cælum triumphans as-  
cendit; veruntamen nõ sine sanguine  
& cruciatu, exilioque cum sanctis  
generose in terris ob Christum  
tolerato.